



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**De Vita & Rebus gestis P. Petri Canisii, De Societate Jesv,
Commentarii**

Sacchini, Francesco

Ingolstadii, 1616

Dicitur ab iis Sectæ Iesuitaru[m] caput.

urn:nbn:de:hbz:466:1-41515

Benedictus Dominus inquit, (cum Lainio loquitur) qui nostros in Polonia, Boëmia, & Germania conspicuos reddit, adeoque palam exosos haberi vult apud Sectarios, vt nusquam non blasphemant in nobis nomen Domini. De me scribunt Lutherani non exigua crimina, quibus obscurēt nominis, quam neq; capto, neq; defendo auctoritatem. Iesuitarum odio flagrant omnes Sectarij. His affingunt horrenda: fortasse à verbis, & contumeliis breui ad flagra, & vulnera deventuri. Vtinam impensius nos diligamus illos ob caritatē, quam illi traducunt nos per calumniam. Digni sunt certè, qui etiam persequentes amentur propter Christi sanguinem, & amorem: tum quia plerique nescientes peccant. Fuit Hæreticus, Andreas, opinor, Iacobi Goppingensis, qui inter varia Sectarum portenta, cum Anabaptistas, Sacramentarios, Suenkfeldianos, Osiandrinos, Seruetianos nominaret, adscriberet etiam Canisianos, siue Iesuitas, nam eosdem aiebat esse, quorum Dux, & Caput Canisius esset. Hos aiebat inuento quorundam Cardinalium editos ad excitandum Regnū Papisticum, alioqui iam pene collapsum. Errores verò Canisianorum esse, quod docerent, quam-

Hæreticus pro odio & male-dictis carceratum, ac preces recipit.

Dicitur ab iis Secta Iesuitarum caput.